ELENCHUS
POSITIONUM THEOLOGICARUM

AD MENTEM

SERAPHICI ECCLESIAE DOCTORIS

S. BONAVENTURAE

SUPER QUIBUS

PERICULUM FACIENT QUICUMQUE EX ORDINE MINOR. S. FRANCISCI CONVENTUALIUM IN EJUSDEM S. DOCTORIS COLLEGIUM DE URBE COOPTARI VOLENT AD NORMAM CONSTIT. SIXTI V. INCIPIEN. *Ineffabilis* DAT. ANNO 1587. XV. KAL. JAN.

JUSSU

EMINENTISS. ET REV. PRINCIPIS AC DUCIS D. D. CARD.

GREGORII SALVIATI

COLLEGII PRO-PROTECTORIS VIGILANTISSIMI

EDITUS.

ROMÆ MDCCCXXI.
EX TYPOGRAPHIA LINI CONTEDINI.
Superiorum facultate.

In Majoribus Studiis Regentes duas lectiones Theologicas interpretantur. Alteram practicam veluti de Sacramentis, vel de vita recte, sancteque instituenda ex Magistro Sententiarum, ac Sancto Bonaventura: *alteram speculativam ex Scoto. Constit. Min. Conv. a Pio IV. Pont. Max. confirm. per Bullam incip.* illa nos cura. *Dat.* 10. *Kal. Augusti* 1563. Legesis etiam Constit. ejusdem Ordinis ab Urbano VIII. confirmatas an. 1628. tit. 4. cap. 5. Regulae sub §. 14.

X III X

DISSERTATIO PRIMA EX PROŒMIO

De Deo, & cultu eidem exhibendo.

1. Supremi Numinis existentiam reddunt evidentissimam argumenta *metaphysica, physica, & philologica* ab humana historia, omniumque gentium consensu petita. *D. Bonaventura in prim. sent. dist.* 3. *p.* 1. *per tres quæst. Dist.* 8. *par. prima quæst.* 2. *In Hexameron serm.* 10.

2. Ex demonstrata existentia Dei fluunt naturali connexione infinitæ ejusdem perfectiones. Apparet illico *æternus, supremus, perfectissimus, simplicissimus, infinitus, immutabilis, unus, sapientissimus, liberrimus, omnipotens, providentissimus, justissimus, sanctissimus, veracissimus, ac beatissimus. Dist* 8. *per totam.*

3. Attributa Dei absoluta inter se, et absoluta ac relativa ab essentia distinguuntur non nominetenus, neque realiter, sed ex Seraphico Doctore *secundum rationem significandi, et intelligendi, et se habendi,* tali nempe distinctione *rationis,* ut a *formali* nonnisi vocis sono discrepet. *D. Bonav. in* 1. *sent d.* 26. *a.* 1. *q.* 1; *et d.* 34. *dub.* 4., *ac a.* 1. *q.* 1. *necnon dist.* 35.

Ita petit intelligi pars 2. *Positionis* 10. Disser. IV.

4. Conditori suo homo ex anima, & corpore conflatus, natura docente, duplicem debet cultum: videlicet internum, & externum, quorum utrumque complectitur Religio. *In* 3. *sent. dist.* 9. *per totam.*

5. Est possibilis revelatio a Deo homini facta. *Lib.* 2. *sent. dist.* 7. *p.* 2. *dub.* 2.

6. Sola naturalis Religio est prorsus impar ad debitum Deo cultum exhibendum in præsenti naturæ statu: unde liquet supernaturalis, seu Revelatæ Religionis necessitas ad Deum rite colendum, & consequenter ejusdem apud nos existentia. *In* 3. *dist.* 37. *art.* 1. *&* 2.

7. Vera revelata Religio unica tantum est, nec multiplex esse potest, *Ibi.*

8. Ad divinam revelationem certo distinguendam tutissima criteria sunt miracula vera, & prophetiæ exitu completæ. Quod ut evidentius pateat in antecessum propugnamus I. verum miraculum esse possibile. *In* 4. *dist.* 12. *part.* 1. *a.* 1. *q.* 2. *in resp. ad* 3.

9. II. Vera miracula nonnisi a Deo fieri posse. *Lib.* 2. *dist.* 7. *par.* 2. *art.* 2. *q.* 2. *ad arg., & dist.* 37 *art.* 1. *quæst.* 2. *ad arg.*

10 III. Nunquam verum miraculum fieri potest in erroris, ac falsitatis confirmationem: propterea eam esse veram doctrinam per se probat, in cujus gratiam editum fuit. *In* 2. *sent. p.* 2. *art.* 2. *quæst.* 2. *ad argum.*

11. Solus Deus auctor esse potest veræ prophetiæ, quæ idcirco suppeditat certissimum veritatis argumentum. Hinc Religio prophetiis firmata non potest non esse vera, ac divina. *In pr. dist.* 15. *p.* 2. *art.* 1. *quæst.* 1. *ad arg., & in* 4. *lib. dist.* 25. *art.* 1. *quæst.* 4. *ad arg. In secund. sent. dist.* 7. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 3.

12. Cum in gratiam Judaicæ Religionis, quæ in Pentatheucho continetur Deus vera fecerit miracula, verasque ediderit prophetias, liquet Judaicam religionem a Deo fuisse institutam. *In* 2. *dist.* 7. *p.* 2. *art.* 2. *quæst.* 2. *in resp. Hexam. serm.* 9.

13. Ac ne ullus supersit de istis cavillandi locus, ostendimus Pentatenchum esse authenticum, integrum, et veracem. *Præf. in Psalt.*

14. Splendidissimis quoque divinæ revelationis caracteribus fulgent libri novi testamenti, qui & genuini sunt, & integri, & quæ narrant facta sibi omnem vindicant fidem. *In Breviloq. Proœm. opus. princ. script.*

15. Atque hinc patet etiam veritas Christianæ Religionis, quæ ulterius ex Christi resurrectione: ex ejusdem Religionis propagatione: ex doctrinæ excellentia: ex Martyrum multitudine, & constantia: ac tandem ex perpetua ipsius stabilitate affatim confirmatur. *Proœm. exp. in Joan. & ad cap.* 21.

16. Cæteræ ergo omnes Antichristianæ Religiones falsæ sunt, prudentique assensu prorsus indignæ: ac proinde nemini, qui Christianam Religionem non susceperit, æternæ felicitatis præmium reponendum est. *Ibi*.

DISSERTATIO SECUNDA EX PROŒMIO

De internis Teologiæ fontibus, ac primo de Verbo Dei.

1. Graviter, ac sapienter Tridentini Patres, antiquissimam secuti traditionem ediderunt canonem de divinis libris quorum ab ipsis texitur index sessione quarta: meritoque anathema protulerunt in eos qui contra sentirent. *Ante Trid. eosdem lib. recenset Doct. Centiloq. p.* 3. *sect.* 32., *& alibi*.

2. Sacri Librorum utriusque testamenti scriptores, nedum in omnibus rebus, ac sententiis, sed et in singulis verbis, eorumque textura usque ad ultimos apices fuere a Deo inspirati. *Princ. Sac. Script.*

3. Veteris, novique testamenti latina versio, quæ vulgata dicitur *autheutica est*. *Hexam. serm.* 9.

4. Sacræ Scripturæ sensus non ita apertus, obviusque cuilibet est in iis, quæ creditu, ac scitu sunt necessaria, ut quicumque præjudiciis, & affectibus vacuus possit eumdem penetrare. *Ad psal.* 118. *ad cap.* 5. *Joan. in Proœm. in prim. Sent.*, *& Proœm. Breviloq.*

3. Ad fidelem populum sine ullo sexus, & conditionis discrimine non pertinet Sacræ Scsipturæ lectio vulgari lingua, sicuti quarta indicis regula institutum sapientissime fuit. *Apol. Paup. resp.* 1. *cap.* 1.

6. Præter Verbum Dei scriptum admittendum est Verbum Dei traditum. Extant ergo in Ecclesia Christi aliquæ genuinæ Traditiones Divinæ, & Apostolicæ ad fidem, ac religionem pertinentes, quæ *Verbum Dei non scriptum* verissime dici possunt. *ad cap.* 16. *Joan. In* 3. *sent. dist.* 9. *art.* 1. *quæst.* 2. *ad ult.*

7. Ex Divinis, & Apostolicis Traditionibus suppetunt Thelogo certissima argumenta in fidei gratiam. *Ibi*, *& Proœm. in Joan.*

8. Ad dignoscendas a falsis veras traditiones tutissima criteria habemus Patrum doctrinæ innixa. *Ibi & part.* 3. *centil. sect.* 38.

9. Fidissimi Traditionis, et Apostolicæ doctrinæ testes sunt Sancti Patres, quorum idcirco in aliqua re consensus certissimum exhibet veritatis argumentum cum Patres universi in fidei dogmate errare minime possint. *Hexam. serm.* 9.

10. Dantur certæ regulæ in legendis Patribus adhibendae, ac in eorumdem usu, ubi opinionum dissensus occurrat. *In prim. sent. Proœm. q.* 2.

DISSERTATIO TERTIA EX PROŒMIO

De Ecclesia Militante, ejusque Regimine.

1. Rectissime definitur Ecclesia militans: Cœtus hominum unius, ejusdemque fidei Christianæ professione, & eorumdem Sacramentorum communione conjunctus sub regimine legitimorum Pastorum, ac praecipue Romani Pontificis: *In Hexam. serm.* 16., *et ad cap.* 10. *Joan.*

2. Ex hac definitione sequitur nec solos prædestinatos, nec solos justos inter Ecclesiae membra computandos esse; cum et reprobi, & insignes peccatores, & occulti hæretici ad visibile Ecclesiæ corpus pertineant. *In cap.* 1. *Apocal. v.* 12.

3. Ex adverso publici hæretici, apostatæ, schismatici, tum majori excommunicatione percussi, et catechumeni Ecclesiæ membris accenseri nullimode possunt. *In prim. Sent. dist.* 11. *art.* 1. *q.* 1. *in fundum.*

4. Genuini Ecclesiæ caracteres sunt *Unitas*, *Sanctitas*, *Catholicitas*, *et Apostolicitas*, qui uni, et soli Romanae Ecclesiae conveniunt. *In Hexam. serm.* 22 *Ad cap.* 10. *Ioan. In psal.* 18. 47. 76. 114. 118., *et alibi*.

5. Nullus autem ex his caracteribus convenire potest Societatibus Protestantium. *Ibi*, *et expos. in cant. cap.* 6. *v.* 8.

6. Habet vera Christi Ecclesia suas proprietates, sive dotes: nempe ut sit *visibilis*, *indefectibilis*, *et infallibilis*. Vera itaque Christi Ecclesia quolibet tempore visibilis est: atque ita quidem, ut splendidissimis quibusdam caracteribus fulgida præ omnibus hæreticorum societatibus conspicua sit, ac ab iis facile secernatur. *In Hexam. serm.* 10., *&* 22.

7. Est itidem perpetua, quæ numquam defecerit, nec sit defectura *Ibi*, *& serm.* 9. *in Hexam.*

8. Tandem infallibilis est, adeout in fidei, morumque controversiis errare minime possit: quae proinde sola est supremus, et infallibilis controversiarum fidei judex. *Ad cap.* 16. *Joan. ad cap.* 10., *&* 22. *Lucae Serm.* 1. *Hexam.*

9. Desipiunt ergo protestantes cum supremum, et infallibilem controversiarum fidei, morumque judicem aut solam Scripturam sacram, aut privatum spiritum, aut sæculares principes esse effutiunt. *Apol. paup. resp.* 1. *cap.* 1.

10. Regimen Ecclesiae est Monarchicum. *In Hexam. Serm.* 22.

11. Ecclesiae Caput, Princeps, & Monarcha constitutus a Christo Domino fuit D. Petrus; cui divino jure succedunt Romani Pontifices *In* 4. *sent. dist.* 19. *art.* 3. *q.* 1. *ibi dist.* 20. *par.* 2. *art.* 1. 3. *q.* 5. *In Brevil. p.* 6. *cap.* 12. *De Eccles. Hier. par.* 2. *cap.* 1. *In Hexam. serm.* 22. *In opusculo quare Fratres Min. prædicent*, *in cap.* 22. *Lucæ serm.* 1. *de SS. Apost.*

12. Ergo D. Petrus supra cæteros Apostolos, & Romanus Pontifex supra Episcopos omnes primatum habent, non honoris tantum, sed et jurisdictionis. *Ibi*, *& in Ioan. cap.* 20.

13. Pro fide Petri rogavit Christus ne deficeret (*Lucae* 22.) quocirca hoc etiam inerrantiae privilegium in rebus fidei, ac morum definiendis ejus successori Romano Pontifici incunctanter asserimus. *Ad cap. Lucae* 22.

14. Quamvis legitimus Romanus Pontifex quemcumque synodicum coetum auctoritate præstet; tamen Concilia œcumenica nedum utilia sunt Ecclesiæ Christi, sed multoties necessaria. *Serm.* 9. *Hexamer.*

15. Romani Pontificis munus est Ecclesiæ Præsules per orbem dispersos ad generalia Concilia convocare, iisdem præsidere, ac ad exitum perducta confirmare, et approbare; ut infallibilem sortiantur auctoritatem. *Serm.* 9., *&* 16. *Hexam. In* 4. *sent. dist.* 3. *par.* 2. *art.* 2. *q.* 1. *dist.* 19. *art.* 3. *q.* 1., *& in cap.* 16. *Joan.*

16. Inest etiam Summo Pontifici, et Ecclesiæ universæ in Conciliis coactae auctoritas de sensu propositionum librorum, et auctorum decretorie pronunciare juncta simul juris, et facti quæstione. *Serm.* 16., *&* 22. *in Hexam.*, *& ad cap.* 18. *Joan.*

DISSERTATIO QUARTA

EX PRIMO SENT.

De Mysterio Trinitatis , & Unitatis .

1. In unitate divinae essentiæ numerica, et singulari veneramur tres divinas personas edocti sacro utriusque Testamenti verbo, ac traditionis luce affulgente. *In* 1. *sent. dist.* 2. *art.* 1. *quaest.* 1. 2., & 3.

2. Sileat hic humana ratio, cujus vires altissimo cognoscendo mysterio impares omnino sunt. *Ibi dist.* 3. *par.* 1. *art.* 1. *q.* 4.

3. Est igitur Dei Patris unicus Filius ab eo genitus verus, proprius, naturalis, ipsique consubstantialis, qui est Christus Jesus. Catholicum hocce dogma, et luculentissimis Scripturarum oraculis, et Patrum omnium etiam antenicaenorum suffragiis affatim communimus. *Ibi dist.* 9. *per totam*.

4. Spiritus Sanctus est vera, ac per se subsistens Persona, verus Deus Patri, Filioque consubstantialis. *Ibi dist.* 10., & 11.

5. Spiritus Sanctus a Patre, Filioque procedit. Hæc latinorum, grecorumque Patrum perpetua mens fuit. *Ibi dist.* 11. *art.* 1. *q.* 1.

6. Unica ratio cur Spiritus Sanctus a Filio distinguatur est processio. Idcirco si non procederet ex Filio, tolleretur distinctio inter eos. *Ibi dist.* 11. *quaest.* 1,

7. Proxima divinarum processionum principia sunt Intellectus, & Voluntas, Intellectus quidem principium generationis Filii, & Voluntas principium processionis spiritus Sancti. *Ibi. dist.* 13. *art.* 1.

8. Atque hinc explicamus discrimen utriusque Processionis: videlicet quare processio Verbi ab intellectu sit *generatio*, Spiritus autem Sancti a voluntate non *generatio*, sed *processio* vocetur. *Ibi dist.* 10. *art.* 1. *q.* 1. *ad* 2., & 3.

9. Præter personas agnoscendæ in Deo sunt aliquæ *Relationes*, quippe his ablatis, auferatur necesse est Trinitatis mysterium, cum sola relatio multiplicet personas in divinis processionibus. *Dist.* 30. *art.* 1. *q.* 3.

10. Relationes originis in Deo, quarum munus est personas constituere, ac realiter destinguere sunt *Paternitas*, *Filiatio*, *Spiratio activa*, et *passiva*: hinc si his addatur *Innascibilitas* Patri conveniens, etiam Divinarum Personarum notiones patebunt. *In.* 1. *d.* 26. *a.* 1. *q.* 4.

11. Divinæ Relationes non sunt tres ab essentia distinctae sicut pluries sancivit Ecclesia contra Gilbertum Porretanum. Tota ergo inter divinas relationes, ac essentiam distinctio est per rationem, sive distinctio mentalis, quocumque alio nomine vocari lubeat: *Ibi dist.* 19. *p.* 2. *q.* 1. *ad penult. dist.* 26. *q.* 1., *dist.* 22. *q.* 2. *dist.* 24. *art.* 2. *q.* 2., *dist.* 33. *q.* 1. *dist.* 34. *q.* 1., *et* 2.

12. Nomen *Personae* in divinis rectissime adhibetur, sicuti rectissime etiam utimur vocibus *Substantiae*, ac *Subsistentiae* ad divina significanda. *Ibi dist.* 23. *q.* 1., & 2.

13. Ex Scripturis locum habent in Divinis *Missio*, & *Circuminsessio*. quibus tamen vocabulis, nec divinarum Personarum perfectissima æqualitas, nec realis inter eas distinctio ullo modo concutitur. *Ibi dist.* 15., & 16.

DISSERTATIO QUINTA

EX PRIMO SENT.

De Intellectu, ac Voluntate Dei.

1. **Deus scientiam habet numeris omnibus absolutam, qua seipsum comprehendit, aliaque a se ipso omnia perfectissime cognoscit, sive possibilia, sive futura quocumque modo: etiam contingentia, et libera tum absoluta, tum conditionata.** *Ibi dist.* 38., *&* 39.

2. **Deus è summa luce ac veritate essentiæ suæ, possibilia cuncta intuetur in ideis, prout rationes sunt ea cognoscendi ante omne voluntatis decretum.** *In* 1. *d.* 35. *a.* 1. *q.* 4. *et Par.* 1. *Breviloq. c.* 8.

3 **Futura omnia videt Deus, veluti a speculo essentiæ suæ objecta, in rerum futurarum rationibus efficientibus, sive in ideis effectricibus quæ futurorum entium sunt, emissis voluntatis suæ decretis; nempe futura libera conditionata in ideis a decreto concomitanti conditionato ex parte objecti, absoluta vero a decreto concomitanti absoluto emergentibus.** *In.* 1. *d.* 35. *a.* 1. *q.* 3. *&* 4. *Dist.* 39. *a.* 1. *q.* 1. *& a.* 2. *q.* 3 *Dist.* 40. *a.* 2. *q.* 1. *Dist.* 47. *a.* 1. *q.* 1. *&* 2. *Brevil. P.* 1. *c.* 8. *Illum Eccl. in Hexaem. serm.* 12.

4. **Præter scientiam simplicis intelligentiæ, qua possibilia noscuntur, ac scientiam visionis, qua cognoscuntur futura, non est ulla admittenda scientia media, qua Deus Futura videat conditionata ante decretum de futuris hujusmodi emittendis,** *Ibidem.*

5. **Est in Deo opposita necessitati libertas consistens in actu sempiterno, & necessario Divinae voluntatis ab essentia Dei indistincto, prout terminat ad objectum contingens, et defectibile.** *Ibi dist.* 45. *art.* 1. *q.* 1., *&* 2.

6. **Deus vera, ac sincera voluntate antecedenti, vult omnes homines salvos fieri nemine penitus excepto.** *Ibi dist.* 46. *art.* 1. *quaest.* 1.

7. **Est in Deo electorum ad gloriam praedestinatio, et quidem gratuita, et ante praevisa eorum merita.** *Ibi dist.* 41. *art.* 1. *q.* 1., *&* 2.

8. **Praedestinatio est prorsus immutabilis, & certissima respectu Dei, incerta autem respectu creaturae.** *Ibi dist.* 40. *art.* 2. *q.* 2.

9. **Utcumque magnus sit Prædestinatorum numerus; si tamen cum damnandorum numero comparetur, longe minor apparebit.** *In cap.* 12. *Apocal ad v.* 18.

10. **Deus neminem positive reprobat ex solo suo beneplacito, et ante cujuslibet peccati praevisionem.** *Ibi dist.* 40. *art.* 4. *q.* 1., *& seq. & dist.* 41.

11. **Vocatio secundum Propositum, justificatio permanens, ac glorificatio effectus sunt praecipui æternæ prædestinationis.** *Compend.*, *Theol. Ver. l.* 1. *c.* 32. *Pharetr. l.* 2. *c.* 34. *De* 7. *don. de dono Fort. c.* 3. *De Perfect. Vit. ad sor. c.* 8.

12. **In gehennam, seu in æternum supplicium immisio indubius est, et solus apparet positivae divinae reprobationis effectus.** *In.* 1. *sent. d.* 40. *dub.* 3.

13. **Tenenda est negativa reprobatio quin poena censeatur, aut quid repugnans saluti omnium hominum a Deo decretae.** *In.* 1. *d.* 41. *a.* 1. *q.* 1. *et.* 2.

14. **Decrevit Deus ab æternitate rationalium creaturarum etiam actiones quibus, ipso permittente ne earum ruat arbitrium, culpa adjungitur. At nequaquam auctor censendus est, vel causa peccati.** *In* 1. *d.* 45. *a.* 2. *q.* 1. *et* 2. *Dist.* 46. *a.* 1. *q.* 2. *Dist.* 47. *a.* 1, *q.* 3. *&* 4. *in* 2. *d.* 37. *a.* 1. *q.* 1.

Aptanda divinorum actum series, quæ præsignatur a D. Bonav. in Lib. sent., desumi poterit ex Opere Teologico Josephi Antonii Ferrari Min Convent Tom. 1. *pag.* 562.

DISSERTATIO SEXTA

EX SECUNDO SENT.

De Deo Creatore.

.. Mundum & quoad se totum, et quoad singulas ejus partes creavit Omnipotens in tempore, ac sex dierum naturalium intervallo. *In 2. Sent. dist.* 1. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 1., *&* 2., *dist.* 12. *art.* 1. *q.* 2.

2. Inter creaturas omnes nobilissimi sunt Angeli quorum substantia est pure spiritualis, & ex natura sua immortalis, *Ibi dist.* 3. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 1., *dist.* 8. *per totam.*

3. Licet Angelorum existentia nequeat naturali lumine evidenter demonstrari tamen suaderi potest moralibus argumentis, quibus cum accedant Sacrarum Scripturarum oracula, liquet eorum existentiam inter fidei nostrae dogmata esse computandam. *Dist.* 8. *q.* 1. *dist.* 11. *art.* 1. *quaest.* 3.

4. Angeli in primo creationis instanti fuerunt in puris naturalibus conditi, in secundo ex auxiliis actualibus habuere consensum, et gratiam sanctificantem: meruerunt que perseverantes in charitate etiam beatitudinem. *Ibi dist.* 4. *art.* 1. *q.* 1., *&* 2.

5. Primum Luciferi peccatum fuit superbia; appetendo aliquam cum Deo similitudinem inordinate, quam appetiere Angeli Lucifero inferiores, quos in Apostasiam traxit Lucifer. *Dist.* 5. *art.* 1. *quæst.* 1., *&* 2. *art.* 2. *qu.* 1.

6. Angelorum flagitium statim poena consecuta est: ita ut multi in infernum detrusi illico fuerint sempiternis ibi suppliciis mulctandi; alii vero in aeris regionibus versentur suam ubique gehennam circumferentes. *Ibi dist.* 6. *art.* 1. *q.* 1., *&* 2. *Legatur operum supplem. tom. prim. praefat. n.* 26.

7. Demones ex superbia, & invidia homines ad malum tentant, licentia ex parte Dei iis convenienter facta. *Ibi dist.* 21 *q.* 1., *&* 2.

8. Omnibus, et singulis hominibus deputatus a Deo fuit ad custodiam bonus Angelus, non vero solis fidelibus, et praedestinatis. *Dist.* 11. *per tot.*

9. Cum Angelis negari nequeat vis motrix in corpora, operosum non est a fabularum nota vindicare, quæ de Lamiis, Magisque narrantur ab auctoribus emunctae naris. *In* 1. *dist.* 37. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 1. *In* 2. *sent. dist.* 8. *p.* 2. *q.* 3. *dist.* 37. *par.* 2. *art.* 2. *q.* 1. *In tertium sent. dist.* 19. *art.* 1. *q.* 3. *& ad* 3. *cap. Lucae.*

10. Hominis creationem quod attinet factus hic fuit ad imaginem, et similitudinem Dei, quae magis per intellectum, quam per voluntatem exprimitur. *In* 2. *dist.* 16. *art.* 2. *q.* 3.

11. Omnium hominum protoparentes fuerunt Adam, & Eva; Adæ corpus ex limo terrae factum a Deo fuit. Evae autem ex costa Adæ dormientis. *Ibi dist.* 18 *art.* 2. *q.* 2. *&* 3.

12. Animae humanae non omnes simul creatae fuerunt, nec traduce propagantur, sed a creatore accipiunt totum suum esse *Dist.* 18. *art* 9. *quaest.* 2. *&* 2.

13. Rationalis anima & spiritualis est, et natura sua immortalis. *Dist.* 19. *art.* 1. *quaest.* 1. *&* 2.

14. Corpus hominis innocentis ex gratiæ beneficio erat immortale, cujus propagatio facta fuisset per sexuum commixtionem. *Ibi dist.* 19. *art.* 2. *q.* 2. *art.* 3. *q.* 1., *dist* 20, *art.* 1. *q.* 1.

15. Adami animam omnigena rerum naturalium scientia creator ditavit. Utriusque vero parentis justitia originali, quod donum a gratia sanctificante, et virtutibus theologicis, ac moralibus plane distinctum fuit. *Ibi dist.* 23. *art.* 1. *q.* 1. *dist.* 29. *art.* 2. *q.* 1.

16. Ex quo originalis justitia donum fuerit supernaturale sequitur prono alveo possibilitas status naturæ puræ. *Ibi dist.* 19. *art.* 3. *q.* 1.

17. Homo innocens habuit gratiam gratum facientem, qua & malo posset resistere, & in bono proficere. Prius tamen naturalibus donis fuit præditus: posterius vero gratuitis honestatus, sic requirente, et disponente sapientia, bonitate, & divina justitia. *Ibi dist.* 29. *art.* 2. *q.* 2.

18. Felicissimam innocentiæ sedem terrestrem Paradisum non amplius existere opinamur. *De eo Dist.* 17. *in dub. litteral.*

19. Ad Evam tentandam veri serpentis organo usus fuit Demon, quae tentatio in ipso contigit Paradiso. *Ibi dist.* 21. *art.* 7. *q.* 2., & 3.

20. Protoparentum peccatum a superbia inchoavit, fuitque omnium peccatorum gravissimum non quidem in se, sed propter maximum vulnus toti humano generi illatum. *Ibi dist.* 21. *art.* 1. *q.* 2., & 3.

21. Quamvis protoparentes suorum peccatorum veniam a Deo consecuti fuerint; tota tamen eorum soboles originis peccato corrupta remansit. *Ibi dist.* 30. *art.* 1. *q.* 2.

22. Ab universalissima hac peccati lege B. M. V. piissime excipimus, in quo dissentientem minime habemus Seraphicum Doctorem. *Legatur Prodromus ad ejus opera omnia. Lib.* 1. *de Gestis S. Bon. cap.* 8. & *lib.* 2. *de doctrina ejusdem cap.* 22.

23. Peccatum originale est ipsa voluntaria privatio justitiae originalis. *In* 2. *dist.* 30. *art.* 2. *q.* 1., & *breviloq.* 1. *p. cap.* 6.

24. Contrahitur originale peccatum ex unione animae cum carne vitiata. *Ibi distinct.* 21. *articulo primo quaest secunda.*

25. Poena originalis peccati est privatio beatificae visionis. Hinc parvuli cum originali peccato decedentes privantur Dei visione, & ponuntur in loco vili, non vero puniuntur poena sensus. *Ibi dist* 33. *art.* 3. *q.* 1., & 2.

DISSERTATIO SEPTIMA

EX SECUNDO SENT.

De Actibus humanis, morumque regulis.

1. Humanorum actuum *voluntarios* dicimus eos, qui ab intrinseco voluntatis motu erga objectum lumine rationis propositum originem habent, etsi spontanei illi fuerint, nec in voluntatis potestate positi. *In* 2. *dist.* 22. *q. ult.*, *dist.* 25. *p.* 2. *q.* 2. *ad* 4., *Sent. dist.* 1. *p.* 1. *dub.* 7.

2. Voluntarium perimunt, aut minuunt *Vis, Metus, Concupiscentia,* & *Ignorantia*. *In* 2. *dist.* 22. *p.* 2. *art.* 1. *quaest.* 3., *dist.* 25. *p.* 2. *art.* 2. *quaest.* 4.

3. Dantur in homine & actus liberi excludentes quamcumque tum internam, tum externam necessitatem. Haec libertas, ut vocant, *indifferentiae* in natura lapsa est omnino necessaria ad merendum, et demerendum. *Ibi dist.* 23.

4. Actionis divisio in bonam, & malam non est adaequata, cum tertium genus sit operis, quod neque bonum, neque malum est, tam respectu sui generis, quam respectu operantis, sed omnino indifferens. *Ibi dist.* 41 *art.* 1. *q.* 3.

5. Exterior actus in seipso inspectus, exutusque circumstantiis omnibus interno actui bonitatem addit, vel malitiam. *Ibi dist.* 40. *art.* 2.

6. Regula morum interna audit *conscientia*, quae semper obligat ad faciendum quod dictat, praeterquam in his quae sunt contra legem Dei, tunc enim obligat ad eam deponendam, si fuerit ex ignorantia vincibili. *In* 2. *dist.* 39. *art.* 1. *q.* 3. *Centil, p.* 1. *sect.* 9.

7. Opinio probabilis, quae non appareat tuta, nec efficiat conscientiam moraliter certam, non est apta morum regula. *Ibi dist.* 39. *art.* 1. *q.* 3. *dist.* 41. *art.* 1. *quaest.* 3. *Incend. amoris c.* 1., *itiner. Men. ad Deum c.* 3.

8. Regula morum externa est lex. Legum omnium fons, & origo est lex aeterna, cujus fulgor, & radius est lex naturalis, e qua sequuntur omnia Decalogi mandata. *Ibi dist.* 39. *art.* 2. *q.* 1. *in* 3. *sent. dist.* 37. *per totam*; *dist.* 40. *in dubiis*. *In* 4. *Sent. dist.* 16. *p.* 2. *dub.* 2.

9. Lex naturae est immutabilis, ac invariabilis, cujus vinculum nulla humana potestas, immo nec divina potest vere, proprieque relaxare. *In p. Sent. dist* 47. *q. ult. In* 4. *sent. dist.* 38. *art.* 2. *q.* 3.

10. Lex vetus a Deo fuit, idcirco bona, et utilis, licet non undequaque perfecta. Hujus pars ceremonialis, et judicialis obligare cessavit in Christi morte; evasit autem mortifera post sufficientem Evangelii promulgationem. *In* 4. *sent. dist.* 3. *p.* 2. *art.* 3. *q.* 2. *&* 2.

11. A veteri lege discriminatur lex nova, quae fuit a Christo data, ab Apostolis promulgata sibi conjunctam habens gratiam, & ad mundi finem usque duratura. *In* 3. *dist.* 40. 4n. *art.* 1. *q.* 2. *&* 3.

12. Est in hominibus potestas condendi leges, quae in conscientia subditos obligent etiam sub laethali. Haec convenit Ecclesiae Pastoribus et saeculi Principibus. *In* 2. *dist.* 44. *art.* 2. *&* 3. *In* 4. *dist.* 18 *p.* 1. *q.* 1. *p.* 2. *q.* 1., *dist.* 20. *p.* 2. *q.* 5., *& ad Lucae c.* 12.

13. Lex humana nequit praecipere actus mere internos, nisi tales fuerint, qui saltem moraliter per externos demonstrentur. *In* 4. *sent. dist.* 17. *p.* 2. *art.* 2.

14. Potest humana lex obligare ad vitae discrimen subeundum; licet hoc ordinarie non contingat. *In* 2. *dist.* 44. *art.* 2.

15. Ditiones saeculares, ac temporalis potestas non repugnant viris Ecclesiasticis, ac Evangelicae paupertatis professioni: sicuti mussitant Novatores veterum haereticorum expilatores. *Serm.* 4. *Dom. Post. Pentec. Comm. in S. Joan. c.* 12. *n.* 849. *Aol paup.* 3. *resp. c.* 1.

16. Quaelibet a norma sive interna sive externa nostrarum actionum aberratio audit *peccatum*, quod a Doctore cum Sancto Augustino recte definitur: *dictum*, vel *factum*, *vel concupitum contra legem aeternam*. *In* 2. *sent. dist.* 35. *dub.* 1.

17. Formale peccati in privatione constituitur. *In* 2. *sent. dist.* 34. *art.* 1. *q.* 3. *dist.* 36. *dub.* 3.

18. Peccatum veniale differt a mortali: quia hoc deordinat a fine ultimo, illud autem non. *In* 2. *dist.* 43. *art.* 2. *q.* 2.

19. Peccatum veniale non punitur per se poena aeterna: bene vero peccatum mortale. *Ibi dist.* 42. *art.* 2. *p.* 2.

DISSERTATIO OCTAVA

EX SECUND. SENT.

De Auxilis Divinae gratiae.

1. Gratiae donum ita gratuitum est, ut excludat quamcumque praeparationem naturae viribus factam. Solis ergo naturalibus operibus nec de condigno, nec de congruo mereri possumus supernaturale Dei donum. *In* 2. *sent. dist.* 28. *art.* 2. *q.* 1. *&* 3. *Itin. mentis in Deum cap.* 1.

2. Lapsi hominis intellectus potest quidem sine speciali gratia aliquod verum naturalis ordinis cognoscere: non tamen omne: nec prout ad salutem, & sanctificationem refertur. *In* 2. *dist.* 28. *art.* 2. *q.* 2. *Ad cap.* 6. *&* 12. *Joan.*

3. Non ergo potest lapsus homo verum supernaturale apprehendere ut oportet, nec illud certo cognoscere, ac credere sine gratia supernaturali. *Ibi & in* 3. *dist.* 26. *art.* 2. *q.* 2.

4. Non potest homo lapsus diligere Deum super omnia ut auctorem naturae absque gratia. In 3. *dist.* 27. *art.* 2. *q.* 6. *& in cap.* 16. *Joan.*

5. Nec potest idem homo lapsus absque auxilio gratiae omnia legis praecepta servare: nec superare graves tentationes, nec omnia, & singula evitare peccata: nec a peccato resurgere. *In* 2. *dist.* 28. *art.* 1. *q.* 1. *art.* 2. *q.* 2. *Io Joan.* c. 15.

6. Nullum tamen est praeceptum, quod vel naturae viribus, vel opitulante divina gratia a lapso homine impleri non possit. *Ibi.*

7. Fieri possunt absque fide opera aliqua moraliter bona: nec ideo omnes infidelium actiones sunt vera, ac proprie dicta peccata. *Ibi dist.* 28. *art.* 2. *q.* 2.

8. Amplectimur tritam in Scholis divisionem interioris gratiae actualis in *sufficientem & efficacem* cum utraque fundamentum in Sacris scripturis habeat.

9. Non differt natura sua efficax, seu efficiens gratia a sufficienti tantum, nisi quia efficax in scientia conditionatorum praevisa est a Deo sub consensu futura, sufficiens vero sub dissensu: in illa excellit donum Dei congruenter dantis, sub hac prodit malitia creaturae contumaciter respuentis. *In* 1. *d.* 40. *a.* 1. *q.* 2. *In* 2. *d.* 26. *a.* 1. *q*,6. *Serm.* 1. *Fer.* 4. *Pent.*

10. Etsi proinde gratia mere sufficiens appareat in divina praescientia carens effectu suo dissentione voluntatis creatae, tamen non modo confert potentiam proximam, completam, et absolutam; verum etiam relativam ac aptam quibuslibet circumstantiis sive ad orationem, sive ad opus bonum quodcumque - *Ibidem*.

11. Non igitur gratia efficax reponi potest in gratia necessitante Lutheri, Calvini, aut Jansenii. *In* 2. *sent. dist.* 25. *p.* 1. *art.* 1. *q.* 5.

12. Gratia aliqua ad salutem sufficiens nulli omnino hominum denegatur. *In* 1. *sent. dist.* 40. *art.* 4. *q.* 2. *In c.* 1. *Joan.*

13. Formalis nostrae justificationis causa est justitia nobis inhaerens; Unde fit nostrae justificationis exordium non esse solam divinarum promissionum fidem. *In* 2. *tot. dist.* 27.

14. Nec ad justificationem sufficit sola fides, sed ulterius & bona opera sunt necessaria, et virtutum actiones, seu requisitae dispositiones, quibus praecedentibus homo evadit justus per gratiam, & charitatem, quae in ejus corde diffunditur, illique inhaeret. *Ibi dist.* 26. *q.* 1. *in* 3. *sent. dist.* 25. *p.* 1. *q.* 2. *dist.* 26. *quaest.* 3. 3. *In* 4. *sent. dist.* 17. *p.* 2. *q.* 2.

15. Homo peccator cum Dei auxilio potest de congruo mereri peccatorum remissionem, et consequenter justificationem. *In* 1. *sent. dist.* 41. *q. In* 4. *sent. dist.* 15. *p.* 5. *art.* 1. *r.* 5.

16. In justificatione impii peccata vere delentur, auferuntur, eradicantur neque, homine iterum peccante, quoad culpam ullo modo redeunt. *In* 4. *d.* 22. *a* 1. *q.* 1. *Brevil. p.* 3. *c.* 3. *Centil. p.* 3. *sect.* 51. *Expos. in c.* 7. *Joan.*

17. Nemo, citra specialem Dei revelationem, potest de sua justificatione esse certus certitudine fidei. *In* 1. *d.* 17. *p.* 1. *a.* 1. *q.* 3.

18. Bona justorum opera gratiae augmentum de condigno mereri possunt, vitamquae aeternam. *In* 2. *sent. dist.* 27. *art.* 3. *q.* 2. *&* 3.

19. Perseverantia in bono usque ad finem est maximum Dei munus. *In* 2 *dist.* 29. *art.* 3. *q.* 1.

DISSERTATIO NONA

EX TERTIO SENT. LIBRO

De Deo homine facto.

1. Ex Jacobi vaticinio (*Gen.* 49.) invicte demonstramus contra Judaeos Messiam advenisse. *In c.* 2. *et* 3. *Lucae et in* 4. *Joan.*

2. Idem Messiae adventus jam impletus evincitur ex Prophetia Danielis (c.9.) *Ad c.* 3. *et* 18. *Lucae.*

3. Ad redimendum hominem aequalitate satisfactionis necessaria fuit Divinae Personae incarnatio. *In* 3. *dist.* 1. *art.* 2. *q.* 2. *dist.* 20. *q.* 1. *&* 6.

4. Verbum in Matre Virgine veram, et corpoream carnem assumpsit. *Ibi dist.* 2. *art.* 2. *q.* 1.

5. Corpus a Verbo assumptum non despicabile fuit, nec inelegans passibile tamen natura sua, ac alterationi, doloribusque subjectum. *Ibi dist.* 15. *q.* 1.

6. Veram animam mente, ac ratione praeditam, nullaque umquam vel levissima culpa maculatam Verbum assumpsit. *Ibi dist.* 12. *art.* 2. *q.* 1. *& ad c.* 8. *Joan.*

7. Sanctissima Christi anima a primo conceptionis momento perfectissima rerum omnium scientia, et beatifica Dei visione intuitiva fuit donata. *Ibi dist.* 2. *q.* 1. *dist.* 16. *art.* 2. *q.* 1. 2. 3.

8. Fuit etiam Sanctissimae Animae propria voluntas, & operatio unde duplex in Christo voluntas, et operatio agnoscenda est. *Ibi dist.* 17. *art.* 1. *q.* 2. *&* 3.

9. Habuit Christus sanctitatem, quam dicunt *substantialem*, gratiam itidem creatam, et adventitiam: gratias omnes gratis datas: tum dona Spiritus Sancti, virtutesque morales omnes, iis exceptis, quae vel peccatum supponunt, vel beatitudini adversantur. *Ibi dist.* 13. *art.* 1. *q.* 1. 2. 3. *dist.* 20. *art.* 1. *q.* 1., *dist.* 31. *art.* 2. *q.* 2. *dist.* 26. *dub.* 5. *dist.* 36. *q.* 1. *dist.* 34. *in dub. & art.* 2. *q.* 1. *& ult. In* 4. *sent. dist.* 14. *p.* 1. *q.* 1.

10. Habuit quoque Christus perfectam indifferentiae libertatem, quae cum ipsius impeccantia conciliari optime potest. *Ibi dist.* 18. *q.* 1. *&* 1. *dist.* 12. *art.* 2. *q.* 1. *ad* 5. *in* 2. *sent. dist.* 25. *p.* 2. *art.* 1. *in resp.*

11. Unica est in Christo persona, scilicet divina, in qua duae naturae sunt, videlicet divina, & humana, inconfusae, & impermixtæ salvis utriusque proprietatibus. *Ibi dist.* 1. *q.* 2. *dist.* 5. *art.* 2. *q.* 3.

12. Ob eamdem Personae in Christo unitatem Beatissima semper Virgo Maria vere *Deipara* dicenda est. *Ibi dist.* 4. *q. ult. & ad* 1. *Lucae.*

13. Licet mortis triduo anima Christi, quoad locum separata a corpore fuerit, numquam tamen Divina Natura abfuit ab utroque. *Ibi dist.* 21. *q.* 1.

14. Idem de Christi sanguine asserimus, cui immediatam cum verbo unionem tribuimus. *Ibi dist.* 12. *art.* 2. & 3. *dist.* 2. *q.* 2. & *ad cap. Lucae* 22.

15. Agnoscenda est in Christo idiomatum communicatio, nec ideo tamen humanae Christi naturae omnipraesentia est tribuenda. *Ibi dist.* 4. & 7. *dist.* 22. *art.* 1. & 2. *ad c.* 20. *Joan.*

16. Nullo modo Christus vocari potest Filius Dei adoptivus, nequidem sub expressa humanitatis restrictione. Non contradicimus tamen eumdem appellantibus in latiori, et impropria significatione *servum* ratione assumptae naturae. *Ibi dist.* 10. *art.* 2. *q.* 1. *dist.* 11. *art.* 2. *q.* 1. *In primum sent. dist.* 15. *dub.* 6. & *p.* 2. & *ad c.* 8. *Joan.*

17. Rectissimo sensu Christus vocatur *Sacerdos secundum ordinem Melchisedech*, *caput Ecclesiae*, *Mediator hominum*, *et Angelorum* ac etiam *Rex*, & quidem ditatus potestate, ac jure regio plenissimo tam spirituali, quam temporali licet potestatem regni temporalis exercere noluerit. *In* 3. *dist.* 17. *art.* 2. *q.* 1. *dist.* 13. *art.* 2. *q.* 2. *dist.* 19. *art.* 2. *q.* 2. *dist.* 14. *duab.* 4. In 2. *sent. d.* 44. *art.* 3. *q.* 1. *Ad c. Lucae* 4. & 22. *Ad c. Joan.* 6. 12. 29.

18. Christus pro omnibus, ac singulis hominibus mortuus est, ac pro iis suum pretiosum sanguinem fudit. *In Apocal. c.* 12.

19. Christus vere, propriequae pro nobis divinae justitiae satisfecit, adeoque proprio nomine fuit totius humani generis Salvator, ac Redemptor. *In* 3. *dist.* 19 *art.* 1. *q.* 1. & 1. *Serm.* 1. *in Septuag. ad c.* 14. *Lucae.*

20. Humana Christi natura Verbo conjuncta debet eadem, et unica adoratione cum Verbi divinitate venerari. *In* 3. *dist.* 9. *art.* 1. *q.* 1.

21. Qui latriae cultus soli Deo debitus non excludit inferiorem cultum quem Sanctis cum eo regnantibus in Caelo exhibemus; bonum enim, ac utile est Sanctorum patrocinium apud Deum invocare. *Ibi dist.* 9. *art.* 1. *q.* 5.

22. Licet autem B. M. V. Latriae cultu minime adoranda sit praestat tamen eamdem prosequi excellentiori Duliae cultu, qui Theologis est *Hyperdulia*. *Ibi dist.* 9. *art.* 1. *q.* 3.

23. Sacris etiam imaginibus, ac Sanctorum reliquiis religiosus cultus exhibendus est. *Ibi art.* 1. *q.* 2. *In.* 4. *Joan.* & 23. *Lucae.*

24. Vera Christi Crux Latriae cultu est adoranda. *Ibi art.* 1. *q.* 4.

DISSERTATIO DECIMA

EX TERTIO LIBRO SENT.

De Virtutibus Theologicis.

1. Fidei actus charitatem praecedit, et sine illa manere potest. *In* 3. *dist.* 23. *duab.* 5. 6. *dist.* 25. *duab.* 4 *In Joan. c.* 12.

2. Internus fidei actus omnibus adultis necessarius est ad salutem necessitate tum medii, tum praecepti. *Serm. de Seminante n.* 20. *in supplem. operum.*

3. In veteri lege ad salutem necessaria fuit fides Mediatoris, non tamen explicita in ejus divinitatem, ac individuae Trinitatis mysterium. *In* 3. *dist.* 25. *q.* 2.

4. At in nova lege est necessaria necessitate medii fides explicita Dominicae Incarnationis, & Trinitatis. *Ibi.*

5. Romanum fidei Symbolum recte *Apostolicum* dicitur, cum ab Apostolis conditum fuerit, nihilque commentitii adsutum contineat. *In* 3. *dist.* 25. *q.* 3. *Centiloq. p.* 3. *sect.* 38.

6. In Symbolo Apostolico sufficienter omnia, quae opportunum est credere, continentur quoad ea, quae principaliter credenda sunt. *Conclusio D. Bonav. in 3. d. 25. a. 1. q. 1.*

7. Fides quantum ad credendorum multiplicationem additam, non potuit proficere licet quoad implicatorum explanationem profecerit. *Conclus. ejusdem ibidem a 2. q. 2.*

8. Cogi nequeunt infideles, sive subditi, sive non, ad fidem amplectendam. *In 4. dist. 39. art. 2. q. 2. Ad, cap. 9., & 10. Lucae.*

9. Potest tamen Ecclesia haereticos cogere ad fidem Catholicam recipiendam. Ac sive infidelium, sive haereticorum libros prohibere. *In 4. dist. 18. p. 2. q. 1., & 5., ad cap. 22. Lucae.*

10. Numquam licet exterius negare fidem sive animo, sive simulatione. *In Joan. cap. 21.*

11. Unusquisque quamvis imperfectus, necessitate urgente justitiam amittendi aut vitam, tenetur pro Christo mori potius quam Christum negare. *Conclus. ejusdem ibidem d. 30. a. 1. q. 2.*

12. Spei virtus aliquando informis potest esse, cum a charitate sejungi valeat. *Conclus. ejusdem ibidem d. 26. a 1. q. 4.*

13. Qui absque summi Legislatoris auctoritate seipsum interimit, scelestissimus est homicida, Deo quam maxime injurius. *Ibidem d. 28. dub. 2. dist. 30. a. 1. q. 2.*

14. Spes atque timor, sive animi affectiones, sive habitum dicant, diversitatem habent ad invicem. *Conclus. ejusdem ibidem d. 26. a. 2. q. 1.*

15. Fictitius est status, in quo mens tam pure Deum diligat, ut mercedis desiderio non moveatur: & in quo sit imperfectio elicere actus spei. *In 3. dist. 26. art. 2. q. 2.*

16. Timor servilis est bonus, utilis, supernaturalis, ac donum Dei; *Ibi dist. 34. p. 1. q. 1., & 2.*

17. Charitatis habitus non potest unquam esse informis. *Concl. ejusd. ibid. d. 27. a. 1. q. 4.*

18. Eadem omnino, ac indivisibilis virtus charitatis habitualis inclinat ad amandum Deum ut objectum primarium, et proximum ut secundarium. *Ibid. a. 2. q. 3.*

19. Diligendus est Deus ex toto corde, in tota anima, & in tota mente: quod quidem praeceptum speciale est, ac ab aliis distinctum. *Ibi dist. 27. art. 2. q. 6. In secundum Sent. dist. 41. art. 1. q. 3.*

20. Proximus etiam diligendus est propter Deum actu benevolentiae tum externo, tum interno, sive amicus fuerit, sive inimicus. *Ibi dist. 30. q. 4. 5. 6.*

DISSERTATIO UNDECIMA

EX QUARTO SENT.

De Sacramentis, Baptismo, & Confirmatione.

1. In quolibet humanae naturae statu ante legem gratiae extiterunt aliqua Sacramenta. *In 4. sent. dist. 2. art. 1. q. 1.*

2. Inter omnia scriptae legis sacramenta primum sibi vindicat locum circumcisio data ad delendum originale peccatum, quae aliquam conferebat gratiam. *Ibi dist. 1. p. 2. art. 2. q. 1., & 3.*

3. A Sacramentorum novae legis censu excludenda omnino est pedum ablutio, *Ibi dist.* 3. *art.* 1. *q.* 3.

4. Christus fuit immediatus Sacramentorum novae legis institutor. *Legatur Angelus Rocha in praemissis ad edit. Romae* 1596. *Commen. D. Bonav. in quat. Libros Sent.*

5. Sacramentorum materia, & forma sunt quoad substantiam prorsus immutabiles. *In* 4. *dist.* 3. *part. prima art.* 2. *quaestione* 2.

6. Verba, quibus Sacramenta conficiuntur non sunt promissoria, vel concionatoria, sed vere cosecratoria: *Ibi dist.* 8. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 1.

7. Ad Sacramentum valide perficiendum non est necessaria in Ministro fides, ac vitae sanctitas: *Ibi dist.* 5. *art.* 1., *&* 2.

8. Est autem necessaria intentio faciendi quod facit Ecclesia, vel quod Christus instituit, *Ibi dist.* 6. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 1.

9. Novae legis Sacramenta gratiam conferunt ex opere operato. *Ibi dist.* 1. *p.* 1. *q.* 3. 4.

10. Eamdem producunt gratiam tamquam instrumenta Dei, sive causae morales. *In* 3. *sent. dist.* 40. *q.* 3. *In* 4. *dist.* 1. *q.* 4., *dist.* 3. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 2.

11. ad aliqua Sacramenta valide suscipienda sufficit in subjecto intentio interpretativa *In* 4. *sent. dist.* 4. *part.* 1. *art.* 2. *q.* 1.

12. Baptismus est verum novae legis Sacramentum a Christo Domino Institutum. *Ibi dist.* 2. *art.* 1. *q.* 3.

13. Baptismatis materia remota est aqua elementaris, proxima vere est ablutio quocumque modo peragatur. *Ibi dist.* 3. *p.* 2. *q.* 1. 2., *dist.* 2. *dub.* 2., *& q.* 1. *p.* 1. *art.* 2.

14. Forma vero necessaria est, fuitque semper explicita Sanctissimae Trinitatis invocatio *Ibi dist.* 3. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 2. *ad* 3.

15. Baptismus delet peccatum quodcumque, nisi sit obex, omnemque reatum cujuscumque poenae. *In* 3. *sent. dist.* 32. *art.* 1. *In* 4. *sent. dist.* 4. *part.* 1. *quaest.* 1.

16. Baptismus imprimit in anima caracterem, nec iterabilis est. *Ibi dist.* 6. *p. art.* 1. *q.* 1., *& seq.*

17. Infantes, ac adulti ratione carentes valide, & licite baptizantur. *Ibi dist.* 3. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 1. *ad* 1. *dist.* 34. *art.* 3. *q.* 1. *ad* 4.

18. Licite baptizari nequeunt Infidelium Filii invitis eorum parentibus. *Ibi dist.* 6. *p.* 2. *dub.* 3. *dist.* 39. *art.* 2. *q.* 2. *Ac cap.* 9., *&* 10. *Lucae*.

19. Valide non baptizantur infantes in utero matris adhuc existentes. *Ibi dist.* 6. *art.* 1. *q.* 1.

20. In adultis suscipientibus validum Baptisma est necessarius voluntatis consensus. *Ibi dist.* 4. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 1.

21. Christi Baptisma est medium ad salutem omnibus necessarium. *In* 2. *sent. dist.* 32. *q.* 2.

22. Joannis Baptismus fuit institutus ad praefigurandum Christi Baptismum, non vero ad regenerandum. *In* 4. *dist.* 2. *art.* 2. *q.* 2., *&* 3.

23. Confirmatio est verum novae legis Sacramentum. *Ibi dist.* 7. *art.* 1. *p.* 1., *& seq.*

24. Confirmationis remota materia est Chrisma ex oleo olivarum, & balsamo per Episcopum consecrato. *Ibi q.* 1., *&* 2.

25. Formam confirmationis essentialem exhibent verba ab Episcopo ungente prolata. *Ibi q.* 1.

26. Confirmationis ordinarius Minister est solus Episcopus, Potest tamen Sacerdos ex Pontificis dispensatione Confirmationis Sacramentum ministrare, *Ibi dist.* 7. *dup.* 1. *dist.* 3. *q.* 3.

27. Confirmationis Sacramento imprimitur in anima caracter, & augetur gratia sanctificans, *Ibi dist.* 7. *dub.* 7., & *art.* 2.

28. Confirmationis Sacramentum ministrandum est omnibus baptizatis, qui ad idem suscipiendum tenentur ex Divina, & Ecclesiastica institutione. *Ibi dist.* 7. *art.* 3. *q.* 1. 2.

DISSERTATIO DUODECIMA

EX QUARTO LIBRO SENT.

De Eucharistia:

1. Christus Dominus pridie quam pateretur Coenam legalem cum discipulis suis celebravit die legitima: scilicet Luna decimaquarta mensis primi exeunte ad secundas vesperas, & inchoante luna decimaquinta. *In* 4. *dist.* 11. *par.* 2. *Ad cap.* 22. *Lucae,* & 29. *Joan.*

2. Christus Dominus sui corporis Sacramentum consecravit in azymo. *Ibi.*

3. Sive in azymo, sive in fermentato est valida consecratio. Ut autem licita sit debent & Graeci, & Latini propriae Ecclesiae ritum servare. *Ibi dist.* 11. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 1.

4. Solus panis triticeus, ac vinum de vite est apta Eucharistiae materia. *Ibi dist.* 2. *p.* 2. *q.* 3., & 4.

5. In Eucharistia perficienda vino modica aqua permiscenda est ex Ecclesiae praecepto. *Ibi dist.* 11. *p.* 2. *q.* 3.

6. Solis Christi verbis Eucharistiae consecratio peragitur; *Ibi dist.* 8. *par.* 3. *quaest.* 1.

7. In Eucharistiae Sacramento Christi Corpus, & Sanguis verissime, ac realiter continetur. *Ibi dist.* 10. *p.* 1. *q.* 5.

8. In eodem minime remanet panis, vinique substantia, quae tota in Christi corpus, & sanguinem mirabiliter convertitur. *Ibi dist.* 11. *q.* 1.

9. Solus Sacerdos conficiendae Eucharistiae potestatem habet. *Ibi d.* 13. *q.* 1.

10. Sumpta una tantum specie sumitur totum Sacramentum quoad efficientiam, adeoque nulla urget necessitas ut laici sub utraque specie communicent. *Ibi dist.* 11. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 2

11. Hoc Sacramentum non est necessarium ad Primam justificationem; bene vero necessarium moraliter est ad perseverandum. *Ibi dist.* 12. *p.* 2.

12. Hujus Sacramenti effectus potissimi sunt unio perfectior cum Christo in charitate, & remissio venialium peccatorum. *Ibi dist.* 2. *q.* 3. *d.* 12. *p.* 2. *per tres quaest.*

13. Sacrificium Missae in sola mortis Christi commemoratione ac repraesentatione non constituitur, sed in oblatione incruenta ejusdem sub panis et vini speciebus realiter praesentis, Deo Patri a Christo principaliter oblatum. *In* 4. *d.* 10. *p.* 1. *a.* 1. *q.* 1. *Diss.* 12. *p.* 1. *a.* 1. *q.* 2. *Ad c.* 22. *Luc.*

14. In Missa verum, propriumque offertur Deo sacrificium. *Ibi d.* 8. *p.* 1. *q.* 2. *ad* 3. *q.* 3. *fund.* 3. & *in psal.* 109.

15. Utriusque speciei consecratio est de essentia sacrificii Missae, ac de jure divino. *Ibid. d.* 8. *p.* 1. *a.* 1. *q.* 2. *et* 3. *In c.* 22. *Luc.*

16. Missae sacrificii essentia consistere videtur in consecratione. *Ibi dist.* 13 *quaest.* 2.

17. Valor Sacrificii Missae ex parte rei oblatae, et quoad sufficientiam est infinitus: ex parte vero effectus et applicationis finitus est, et determinatus. *Ib. d.* 45. *a* 2. *q.* 3.

18. Missae sacrificium vere propitiatorium est, quod tam pro vivis, quam pro defunctis sancte offertur. *Ibi dist.* 45. *art.* 2. *q.* 3. 2.

19. Privatarum, quae dicuntur, Missarum antiquissimus usus perperam ab haereticis damnatur. Pro his celebrandis licite sumuntur stipendia a Superioribus taxata. *Ibi dist.* 25. *art.* 1. *q.* 4. *ad.* 4.

DISSERTATIO DECIMATERTIA

EX QUARTO LIBRO SENT.

De Sacramentis Pœnitentiae, & Unctionis Extremae.

1. Datur in Christi Ecclesia potestas remittendi peccata post Baptismum commissa, utcumque gravia, & immania. *Ibi dist.* 18.

2. Paenitentiae Sacramentum a Christo Domino immediate institutum fuit. *Ibi dist.* 17. *pag.* 2. *q.* 3. *dist.* 22. *art.* 2. *q.* 1. *vide superiorem num.* 4. *de Sacramenti*.

3. Tres sunt hujusce Sacramenti partes scilicet *contritio, confessio, et satisfactio*: quae audiunt *materia proxima* Poenitentiae. *Ibi dist.* 22. *art. q.* 2.

4. Attritio ex solo timore penae concepta, quae tamen peccandi voluntatem excludat justificationem perficit in Sacramento Poenitentiae. *Ibi d.* 17. *p.* 2. *quaest. ult.*

5. Confessio Sacramentalis est divini juris, eaque a Christo Domino instituta. *Ibi dist.* 17. *p.* 2. *q.* 3. *dist.* 18. *p.* 1. *art.* 2. *q.* 1. *dist.* 19. *art.* 3. *q.* 1. *dist.* 22. *q.* 1. *Ad Jean c.* 20.

6. Pro nullo scandalo, vel causa confessio a Sacerdote est revelanda, quia, aliena peccata debet novisse quasi non audierit. *Concl. D. Bonav. in* 4. *d.* 21. *p.* 2. *a.* 2. *q.* 1.

7. Quilibet Sacerdos potestatem habet absolvendi quemcumque in articulo, vel periculo mortis proximo constitutum. Extra hos casus solus Sacerdos ordinariam, vel delegatam jurisdictionem habens, potest valide absolvere. *Ibi dist.* 18. *art.* 3. *q.* 1. *dist.* 16. *p.* 3.

8. Sacramentalis absolutio est actus judicialis, quo Sacerdos auctoritate a Christo accepta dimittit peccata. *Ibi dist.* 17. *p.* 2. *dub.* 5. & *art.* 1. *q.* 3. *in resp.*

9. Extat in Sacerdotibus legitima potestas injungendi Poenitentibus poenas, quibus ira Dei placari possit, ac temporalis poena peccatis debita relaxari. *Ibi dist.* 15. *p.* 2. *q.* 1.

10. Dimisso peccato quoad culpam, poenamque aeternam, non semper remittitur tota poena temporalis. *Ibi dist.* 36, *art.* 2. *q.* 2. *ad argum*.

11. Opera bona prius facta, cum peccator revertitur ad poenitentiam, reviviscunt. *Concl. ejusd. ibid. d.* 14. *p.* 2. *a.* 2. *q.* 3.

12. Extrema Unctio est verum, propriumque novae legis Sacramentum ab ipso Christo Domino institutum. *Ibi distinct.* 23. *in breviloq. cap.* 11. *pag.* 6.

11. Hujus Sacramenti remota materia est oleum olivarum Episcopi benedictione consecratum. *Ibi hist.* 23. *q.* 3. *& in Brevilog. c.* 11 *p.* 6.

12. Formam autem constituunt verba deprecativa. *Ibi q.* 4.

13. Extremae Unctionis effectus sunt remissio venialium, allevatio infirmitatis accidentaria, & major animae vigor. *Ibi art.* 2. *q.* 1.

14. Solus Sacerdos est hujus Sacramenti Minister. *Ibi art.* 2, *q.* 1.

15. Ministrari extrema unctio debet solis infirmis baptizatis ratione utentibus, & in mortis periculo constitutis. *Ibi art.* 2 *q.* 2.

16. Tenetur aegrotus hoc Sacramento se munire, graviter peccaturus, si illud sibi ministrari recusaverit. *Ibi dist.* 12. *p.* 2. *art.* 2. *q.* 1.

17. Potest hujuscemodi Sacramentum iterari, si infirmus supervixerit diutius. *Ibi dist.* 23. *q. ult.*

DISSERTATIO DECIMAQUARTA

EX QUARTO LIB. SENT.

De Ordine, & Matrimonio.

1. Sacer Ordo verum est, ac proprium novae legis Sacramentum a Christo Domino institutum. *Ibi dist.* 24. *p.* 1.

2. Ordines sunt septem non plures, nec pauciores. Unus tantum est cui deserviunt caeteri, videlicet Sacerdotium. *Ibi dist.* 24. *p.* 2. *art.* 2.

3. Etiam Minores Ordines videntur esse Sacramenta. *Ibi q.* 1. *& ult.*

4. Episcopatus proprie non est Ordo, sed Ordinis eminentia, vel dignitas, nec in eo novus caracter imprimitur. *Ibi p.* 2 *art.* 2. *q.* 3.

5. Episcopi presbyteris pares non sunt, sed jure divino superiores. *In* 1. *d.* 24. 23. *In c.* 6. *et* 10. *Luc. Serm.* 22. *Hexaemer.*

6. Omnes, & singuli Ordines caracterem imprimunt, ac secundam gratiam conferunt. *Ibi p.* 2. *q.* 2.

7, Tam manuum impositio, quam traditio instrumentorum constituunt materiam Ordinis necessariam. *Ibi p.* 2. *& dist.* 4. *art. q. ult.*

8. Jus Ordinationis non est penes populum. *Dist.* 5. *p.* 1.

9. Sacrorum Ordinum minister est solus Episcopus. Minorum vero esse ex indulto potest simplex Sacerdos. *Ibi dist.* 24. *part.* 2. *art.* 2. *q.* 3.

10. Validae sunt ordinationes factae ab Episcopis quacumque haeresi, vel crimine pollutis: nec non excommunicatione, vel alia censura innodatis. *Ibi dist.* 25. *art.* 1. *q.* 2., *& seq.*

11. Ad validam Sacramenti Ordinis susceptionem non est absolute necessarius rationis usus. *Dist.* 25. *art.* 2. *q.* 2.

12, Matrimonium est verum, propriumque novae legis Sacramentum a Christo Domino ad hanc dignitatem evectum. *Ibi dist.* 26. *quaest.* 2. *art.* 2.

13. Materia hujusce Sacramenti sunt ipsi contrahentes: forma vero consensus expressus per verba vel nutus. *Ibi dist.* 27. *art.* 2. *q.* 1

14. Ad Matrimonii substantiam minime pertinet, ut Conjuges se mutuo carnali commercio cognoscant. Propterea inter B. M. V., & S. Josephum fuit verum legitimumque conjugium. *Ibi dist.* 26. *art.* 2. *q.* 3.

15. In evangelica lege Matrimonium quoad vinculum est omnino insolubile etiam in casu adulterii. *Ibi dist.* 27 *art.* 2. *q. dist.* 35. *art. q.* 4.

16. Matrimonium ratum, nec consummatum dissolvitur per monasticam professionem alterius conjugatorum. *Ibi q.* 2.

17. Non solum licitae sunt secundae nuptiae, sed & aliae quot libuerit, dummodo fiant bono fine. *Ibi dist.* 42. *art.* 3. *q.* 1.

18. Poligamia simultanea, & Evangelicae legi, & rectae rationi contraria est *dist.* 33. *art.* 1. *q.* 2.

19. Ecclesiae inest potestas statuendi impedimenta Matrimonium dirimentia. *Ibi dist.* 34. *usque ad dist.* 42.

20. Virginitas, & continentia Matrimonio praeferenda est. *Ibi dist.* 34. *art.* 2 *q.* 2., & 3.

21. Lex ergo perpetuae continentiae Sacris Ministris indictae perperam a Novatoribus traducitur tamquam mala, & naturali, ac divino juri contraria. *Ibi dist.* 37. *art.* 1. *q.* 3.

DISSERTATIO DECIMAQUINTA

EX QUARTO LIBRO SENT.

De Novissimis.

1. Ultimum mundi finem praecedet Antichristus, homo *deceptor pecuniis, illector concupiscentiis, illusor prodigiis, occisor suppliciis. Apocal. capp.* 6. *n.* 434.

2. Omnes, & singuli homines ante judicii diem obibunt mortem, & mundus igne conflagrabit. *In* 4. *dist.* 37. *art.* 2. *Dentil.* o. 2. *sect.* 6.

3. Ignis aliquis praecedet judicium ad purgandos electos: alius sequetur ad innovationem mundi, qui tandem cruciabit damnatos: *Concl. D. Bonav. in* 4. *d.* 47. *a.* 2. *q.* 4.

4. Omnes, ac singuli homines sive boni, sive mali resurgent in universali Judicio judicandi. *Ibi dist.* 37. *art.* 1. *q.* 3.

5. Omnia omnibus erunt nota tam bona, quam mala in judicii die, ad manifestationem misericordiae et justitiae Dei. *Concl. ejusd. ibid. d.* 41. *a* 3. *q.* 2.

6. Infernum ponere, & cruciatum aeternum pro impiis pertinet ad complementum universi, & ad justum judicium divinum. *Ibi dist.* 42. 2, *art.* 3. *q.* 1.

7. Inferni locus non est in solis centro, sed in terrae visceribus, in quo reproborum animae vero, & corpore igne cruciantur in aeternum. *Ibi p.* 2. *art.* 3. *q.* 1. *Centil p.* 2. *sect.* 7.

8. Proborum status a judicio erit Beatitudo aeterna in coelis ex intuitiva visione Dei, quae finito, & creato intellectui possibilis est, non quidem inspectis ejus naturalibus viribus, sed supernaturali auxilio accedente. *Ibi dist.* 48., & 49. *In primum sent. dist.* 3. *q.* 1. *In* 3. *sent. dist.* 17. *quaest.* 3.; & *dist.* 27.

9. Ad Beatificam visionem sufficit unio divinae Essentiae in ratione objecti intelligibilis ad intellectum corroboratum lumine gloriae. *In* 3. *sent. dist.* 14. *quaest.* 1. *In primum sent. dist.* 3. *quaest.* 1. *ad ult.*

10. Oculo tamen corporeo negamus possibilem visionem Dei intuitivam; inspecta etiam divina Omnipotentia. *In prim. sent. dist.* 3. *q.* 3. *In secund. sent. dist.* 2. *art.* 2. *q.* 3.

11. Nullus hominum viatorum privilegio divinae visionis unquam potitus fuit, nec ad breve quidem tempus. *In* 2. *sent dist.* 23. *art.* 2. *q.* 1. *In* 4. *sent. dist.* 14. *q.* 1.

12. Gloria in Beatis erit inaequalis pro meritorum inaequalitate. *In* 4. *sent. dist.* 49. *p.* 1. *q.* 6.

13. Ad quam gloriam etiam ante universalis judicii diem assumuntur justae animae a corpore solutae, quibus nihil luendum supersit. *In* 4. *sent dist.* 49.

14. Gloriosi corporis dotes erunt quatuor claritas, impassibilitas, subtilitas, et agilitas. *Concl. ejusd. ibid. d.* 49. *p.* 2. *a.* 1. *q.* 1.

15. Extat medius animarum status a morte, sive Purgatorium, ubi animae venialibus culpis pollutae, aut temporalis poena reatibus obstrictae expiantur poena damni, ac sensus per verum ignem. *In* 4. *dist.* 20. *part. art.* 1.

16. Utraque poena temporalis est, nec duratura ultra judicii diem, nec in omnibus aequalis. *Ibi dist.* 45. *art.* 1. *q.* 2. *art.* 2. *q.* 1.

17. Quamvis purgantes animae nec mereri, nec demereri queant, viventium tamen suffragiis juvantur, ac etiam per indulgentias. *Ibi dist.* 45. *art.* 2. *q.* 1.. *dist.* 20. *p.* 2. *q.* 2. & 5., *dist.* 18. *p.* 1. *q* 1.

18. Est enim in Ecclesia potestas largiendi Indulgentias tam pro vivis, quam pro defunctis. *Ibi dist.* 20. *p.* 2. *q.* 2., & *dist.* 18. *p.* 1. *q.* 1.

19. Quarum dispensatores sunt tantummodo Episcopi, ac potissimum Romanus Pontifex. *Ibi dist.* 20. *p.* 2. *art.* 1. *q.* 3.

Erit examen super Tribus ex assignatis Dissertationibus arbitrio Candidatorum seligendis.

F I N I S.

REIMPRIMATUR

Si videbitur Rev. Patri Mag. Sac. Pal. Apost.

Candidus Maria Frattini Archyep. Philipp. Vicesg.

REIMPRIMATUR

Fr. Thomas Dominicus Piazza Ord. Praed. Magister
et Socius Rev. P. Mag. Sac. Pal. Apost.